



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLI. De timore secundum se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ in iuuenibus, & A in ebris licet non sit firmitas secundum rei ueritatē, est tamen in eis secundum eorum æstimationem; reputant enim se firmiter assecuturos illud quod sperant. Et similiter dicendum ad secundum, quod iuuenes & ebris habent quidem infirmitatem secundum rei ueritatem, sed secundum eorū existimationē hēnt potestatem, quia suos defectus non cognoscunt.

AD III. Dicendum, quod nō solū experientia, sed et̄ inexperientia est quodāmodo cā spei, ut dictū est. *

ARTICVLVS VII.

Vtrum spes sit causa amoris.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vñ, quod spes non sit cā amoris, quia secundum Aug. 14. de Ciui. Dei. * Prima affectionum animæ est amor, sed spes est quædam affectio animæ. amor ergo præcedit spem. non ergo spes causat amorem.

¶ 2 Præt. Desiderium præcedit spem: sed desiderium causatur ex amore, ut dictum est. ¶ ergo etiam spes sequitur amorem. non ergo causat ipsum.

¶ 3 Præt. Spes causat delectationem, ut supra dictum est. * sed delectatio non est nisi de amato. ergo amor præcedit spem.

SED CONTRA est, qđ dñs Matth. 1. super Illud, Abraham genuit Isaac. Isaac autē genuit Iacob: dicit glo. ¶ id est, fides spem, spes charitatem, charitas autem est amor. ergo amor causatur a spe.

RESPON. Dicendum, q̄ spes duo respicere potest. Respicit enim sicut obiectum, bonum speratum: sed quia bonum speratum est arduum possibile, aliquādo autem fit aliquod arduum possibile nobis, nō p̄ nos, sed per alios, ideo spes etiam respicit illud, per quod fit nobis aliquid possibile. Inquantū igit spes respicit bonum speratum, spes ex amore causatur, non enim est spes nisi de bono desiderato & amato. inquantū uero spes respicit illud, per quem fit aliquid nobis possibile, sic amor causatur ex spe, & non eod̄ uerso. Ex hoc enim, quod per aliquem speramus nobis posse prouenire bona, mouemur in ipsum sicut in bonum nostrum, & sic incipimus ipsum amare. Ex hoc autem quod amamus aliquem, nō speramus de eo nisi per accidens, inquantum. sc̄. credimus nos reamari ab ipso. un̄ amari ab aliquo facit nos sperare de eo, sed amor eius causatur ex spe, quam de eo habemus. Et per hec patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum spes conferat ad operationem, uel magis impediatur.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vñ, q̄ spes non adiuuat operatiōem, sed magis impediatur. Ad spem enim securitas pertinet, sed securitas parit negligentiam, quæ impedit operationem. ergo spes impedit operationem.

¶ 2 Præt. Tristitia impedit operationem, ut supra dictum est. ¶ sed spes quandoque causat tristitiā, dicitur enim prouerbiorū decimo quarto. Spes quæ differtur, affligit animam. ergo spes impedit operationem.

¶ 3 Præt. Desperatio contrariatur spei, ut dictū est, * sed desperatio maxime in rebus bellicis adiuuat operationē, dicitur enim 2. Reg. 12. quod periculosa res est desperatio. ergo spes facit contrarium effectum, impediendo scilicet operationem.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad. Corinthi. 9.

Quod qui arat, debet arare in spe fructus percipiendi, & eadem ratio est in omnibus aliis.

RESPON. Dicendum, q̄ spes per se habet quod adiuuet operationem intendēdo ipsam, & hoc ex duobus. Primo, quidem ex ratione sui obiecti, quod est bonum arduum possibile. existimatio enim ardui excitat attentionem, existimatio uerō possibilis non retardat conatum, unde sequitur quod hō intēte operetur propter spem. Secundo uero ex ratione sui effectus, spes enim, ut supra dictum est, * causat delectationem, quæ adiuuat operationem, ut supra dictum est: unde spes operationem adiuuat.

q. 32. artic. 3. ad 2. & q. 33. ar. 4. & q. 35. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ spes respicit bonū consequendum, securitas autem respicit malum uitandum, unde securitas magis uidetur opponi timori, quā ad spem pertinere, & tamen securitas non causat negligentiam, nisi inquantum diminuit existimationem ardui, in quo etiam diminuitur ratio spei. Illa enim in quibus homo nullum impedimentum timet, quasi iam non reputantur ardua.

AD SECUNDVM dicendum, quod spes per se causat delectationem, sed per accidens est, ut causet tristitiam, ut supra dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, quod desperatio in bello fit periculosa propter aliquam spem adiunctam. Illi enim qui desperant de fuga, debilitantur in fugiēdo, sed sperant mortem suam uindicare, & ideo ex hac spe acrius pugnant, unde periculosi hostibus fiunt.

q. 32. ar. 3. ad 2.

QVAESTIO XLI.

¶ Super quatuor quadragesimam primam am.

De timore secundum se, in quatuor articulos diuisa.

Onsequenter considerandum est primò de timore, & scđo de audacia.

Circa timorē cōsideranda sunt quatuor. Primò, De ipso timore. Secundo, De obiecto eius. Tertio, De causa ipsius. Quarto, De effectu.

D CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum timor sit passio animæ.

¶ Secundo, Vtrū sit sp̄alis passio.

¶ Tertio, Vtrū sit aliquis timor naturalis.

¶ Quarto, de speciebus timoris.

ARTICVLVS I.

Vtrum timor sit passio animæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ timor non sit passio animæ. Dicit. n. Dama. in li. 3. * quod timor est virtus secundum sytolen, id est, contradictiōnē essentiaē desideratiua, sed nulla uirtus est passio, ut probat in secūdo Eth. ¶ ergo timor nō ē passio.

¶ 2 Præt. Omnis passio ē effectus ex præsentiā agētis pueniens, sed timor nō est de aliquo præsenti, sed de futuro, ut Dam. * dicit in 2. lib. ergo timor non est passio.

IN tota q. 41. nihil mihi occurrit scribendum, nisi quod aduertat, admirationē ab Arist. in 1. Rhe. poni concupiscentiā, a Dam. uerō timorē, aut quia communius ea usus est Arist. iste uerō specialiter, ut ē respectu difficilis mali, aut quia utraq; passio in admiratione clauditur, scilicet concupiscentia & timor, & ratione illius delectat, rōne illius non. Et quoniam experimur admirantes nos delectari, ut superius dictum est, admiratio magis concupiscentiā, quā timoris habet, uidetur tamen aliquid timoris tempore habere, dum timet malum difficultatis, ut in responsione ad quartum, uel potius iudicii, ut in responsione ad ultimum dicitur. utrunque enim malum præsto est admiranti, laboris scilicet & erroris, sed hoc communius uidetur.

Inf. ar. 3. co.

Cap. 23. συστολη κατὰ δύναμιν

Cap. 5. to. 5. Ca. 12 in fin.

¶ Super

¶ 3 Præf. Omnis passio animæ est motus appetitus sensitivus, qui s. quitur apprehensionem sensus: sensus autem non est apprehensivus futuri, sed presentis. cum ergo timor sit de malo futuro, vñ qd non sit passio animæ.

L. 14. c. 7. g. & 2. c. 5.

SED CONTRA est, quod Aug. in 14. de Civ. Dei enumerat timorem inter alias animæ passiones.

q. 22. ar. 6.

RESPON. Dicendum, qd inter ceteros animæ motus post tristitiã, timor magis rationem obtinet passionis. Vt. n. supra dictum est, ad rationem passionis primo quidem pertinet, qd sit motus passivæ virtutis, ad quã. s. comparatur suum obiectum per modum actui moventis, eo qd passio est effectus agentis: & per hunc modum est sentire & intelligere dicuntur pati. Secundo, magis proprie dicitur passio motus appetitivæ virtutis habentis organum corporale, qui sit cum aliqua transmutatione corporali. Et adhuc propriissime illi motus passiones dicuntur, qui important aliquod nocumētum. Manifestum est autem, qd timor, cum sit de malo, ad appetitivam potentiam pertinet, quã p se respicit bonum & malum: pertinet autem ad appetitum sensitivum: sit. n. cum quadam transmutatione. s. cum contractione, ut Dama. dicit: & importat est habitudinem ad malum, secundum qd malum habet quodammodo victoriam super aliquod bonum, vnde verissime sibi competit ratio passionis, tñ post tristitiã, quæ est de presenti malo. nam timor est de malo futuro, quod non ita movet sicut pñens.

1. 1. q. 1. Ord. ff. de l. c. 13.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd virtus nominat quoddam principium actionis, & ideo inquantur interioribus motus appetitivæ virtutis sunt principia exteriorum actuum, dicuntur virtutes. Philosophus autem negat passionem esse virtutem, qd est habitus.

AD SECUNDUM Dicendum, quod sicut passio corporis naturalis provenit ex corporali presentia agentis: ita passio animæ provenit ex animali presentia agentis absq; presentia corporali, vel reali, inquantu, s. malum, quod est futurum, realiter est pñens secundum apprehensionem animæ.

AD TERTIUM Dicendum, quod sensus non apprehendit futurum; sed ex eo quod apprehendit pñens, animal naturali instinctu movetur ad sperandum futurum bonum, vel timendum futurum malum.

ARTICVLVS II.

Vtrum timor sit specialis passio.

q. 31. non p. cui 2. ff. de 4.

AD SECUNDUM sic proceditur. VI. qd timor non sit specialis passio. Dicit. n. Aug. in li. 83. q. 4. qd quem non exaninat metus, neque cupiditas eum valet, nec ægritudo, i. tristitia cum macerat, nec ventilar gestiens & uana letitia: ex quo videtur quod remore timore omnes aliæ passiones remouentur. non ergo passio est specialis, sed generalis.

C. 2. c. 5.

¶ 2 Præf. Philosophus dicit in 6. Eth. qd ita se habet in appetitu prosecutio & fuga, sicut in intellectu affirmatio & negatio, sed negatio non est aliquid speciale in intellectu, sicut nec affirmatio, sed aliquid commune ad multa. ergo nec fuga in appetitu. sed nihil est aliud timor, quã fuga quãdam mali. ergo timor non est passio specialis.

Cap. 5. Dom. li. 3. c. 33. q. 10. & 35. 27. 1.

¶ 3 Præf. Si timor esset passio specialis, precipue in irascibili esset: est autem timor est in concupiscibili. Dicit. n. Philosophus in 2. Rhet. quod timor est tristitia quãdam. Et Dama. dicit, qd timor est virtus desideratiua: tristitia autem & desiderium sunt in concupiscibili, ut supra dictum est. non est ergo passio specialis, cum pertineat ad diuersas potentias.

SED CONTRA est, quod conuidetur aliis passionibus animæ, ut patet per Damasc. in 2. lib.

RESPON. Dicendum, qd passiones animæ recipiunt speciem ex obiectis. unde specialis passio est, quæ habet speciale obiectum: timor autem hęc speciale obiectum, sicut & spes. Sicut enim obiectum spei est bonum futurum arduum possibile adipisci: ita obiectum timoris est malum futurum difficile, cui resisti non pot. un timor est specialis passio animæ.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd omnes passiones animæ deriuantur ex uno principio. s. ex amore, in quo hęc adinuicem connexionem, & ratione huius connexionis remore timore, remouentur aliæ passiones animæ, non ideo quia sit passio generalis.

AD SECUNDUM dicendum, quod non omnis fuga appetitus est timor, sed fuga ab aliquo speciali obiecto, ut dictum est: & ideo licet fuga sit quoddam generale, tamen timor est passio specialis.

AD TERTIUM dicendum, quod timor nullo modo est in concupiscibili: non enim respicit malum absolute, sed cum quadam difficultate, uel arduitate, ut ei resisti uix possit. Sed quia passiones irascibilis deriuantur a passionibus concupiscibilis, & ad eas terminantur, ut supra dictum est: ideo timori attribuuntur ea, quæ sunt concupiscibilis, dicitur. n. timor esse tristitia, inquantum obiectum timoris est contristans, si pñens fuerit. vnde & Philosoph. dicit ibidem, quod timor procedit ex phantasia futuri mali corruptiui, vel contristatiui. Similiter & desiderium attribuitur a Damasc. timori: quia sicut spes satisfatur, vel oritur a desiderio boni, ita timor est ex fuga mali: fuga autem mali oritur ex desiderio boni, ut ex supra dictis patet.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit aliquis timor naturalis.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur qd timor aliquis sit naturalis. Dicit enim Damasc. in 3. lib. qd est quidam timor naturalis nolente anima diuidi a corpore.

¶ 2 Præf. Timor ex amore oritur, ut dictum est, sed est aliquis amor naturalis, ut Dion. dicit 4. cap. de diuino. ergo etiam est aliquis timor naturalis.

¶ 3 Præf. Timor opponitur spei, ut supra dictum est, sed est aliqua spes natura, ut patet per id quod dicitur Ro. 4. de Abrahã, qd contra spem naturæ, in spe gratiæ credit. ergo etiã est aliquis timor naturæ.

SED CONTRA. Ea quæ sunt naturalia, cõiter inueniuntur in rebus animatis & inanimatis, sed timor non inuenit in reb. inanimatis. ergo timor non est naturalis.

RESPON. Dicendum, quod aliquis motus dicitur naturalis, quia ad ipsum inclinatur natura, sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quod totum perficitur a natura absque aliqua operatione apprehensivæ virtutis; sicut moueri sursum, est motus naturalis ignis, & augeri est motus naturalis animalium & plantarum. Alio modo dicitur motus naturalis, ad quem natura inclinatur, licet non perficiatur nisi per apprehensionem, quia, sicut supra dictum est, motus cognitiuæ & appetitiuæ virtutis reducuntur in naturam sicut in principium primum. Et per hunc modum est ipsi actus apprehensivæ virtutis ut intelligere, sentire, & memorari, & est motus appetitus animalis quique dicuntur naturales. & per hunc modum pot dici timor naturalis, & distinguitur a timore non naturali secundum diuersitatem obiecti. Est enim ut Philos. dicit in 2. Rhetor. timor de malo corru-

corruptio, quod natura refugit propter naturale de A
siderium elēdi, & talis timor dicitur esse naturalis.
Et iterum de malo contritatio, quod nō repugnat
naturae, sed desiderio appetitus, & talis timor non
est naturalis: sicut etiam supra, amor, & concupiscen-
tia, & delectatio, distincta sunt per naturale, & non
naturale. Sed secundum primam acceptionem na-
turalis sciendum est, quod quaedam de passionibus aīe
quandoque dicuntur naturales, ut amor, desideriu
& spes; aliae uerō naturales dici non possunt, & hoc
ideo, quia amor & odium, desiderium & fuga im-
portant inclinationem quandam ad prosequendum
bonum, & fugiendum malum: quae quidem inclina-
tio pertinet etiam ad appetitum naturalem, & ideo
est amor quidam naturalis. & desiderium, uel spes
potest quodam modo dici etiam in rebus naturali-
bus cognitione carentibus; sed aliae passionēs animae
important quosdam motus, ad quos nullo mō suffi-
cit inclinatio naturalis, uel quia de ratione harum
passionum est sensus, seu cognitio, sicut dictum est,
* Quod apprehensio requiritur ad rationem delectatio-
nis & doloris. unde qui carent cognitione, non pos-
sunt dici delectari uel dolere, aut quia hōi motus
sunt contra rationem inclinationis naturalis, puta,
quod desperatio refugit bonum pp. aliquam difficulta-
tem, & timor refugit impugnationem mali contra-
rii, ad quod est inclinatio naturalis, & ideo hōi
passiones nullo mō attribuantur rebus inanimatis.
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Utrum conuenienter assignentur species timoris.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod in eo
uenienter Dam. assignet sex species timoris
scilicet segnitiam, erubescētia, uerecundiam, ad-
mirationem, stuporem, agoniam. Ut enim Philoso-
phus dicit in 2. Rhet. Timor est de malo contritatio.
ergo species timoris debent respondere speciebus tri-
stitiarum sunt autem quatuor species tristitiarum; ut supra
dictum est, ergo solum debent esse quatuor species
timoris eis correspondentes.
¶ 2. Præter illud quod in actu nostro consistit, nostrae
potestati subiicitur; sed timor est de malo quod ex-
cedit potestatem nostram, ut dictum est. ¶ non ergo se-
gnities, & erubescētia, & uerecundia, quae respiciunt
operationem nostram, debent poni species timoris.
¶ 3. Præterea. Timor est de futuro, ut dictum est: *
sed uerecundia est de turpi actu iam commisso, ut
Gregor. Nyssē. dicit. ¶ ergo uerecundia non est spe-
cies timoris.

¶ 4. Præter. Timor non est nisi de malo; sed admiratio
& stupor sūt de magno & insolito, siue bono, siue ma-
lo. ergo admiratio & stupor nō sūt species timoris.

¶ 5. Præter. Philosophus ex admiratione sunt moti ad inqui-
redum ueritatem, ut dicitur in principio Metaph. * ti-
mor aut non mouet ad inquirendum, sed magis ad
fugiendum. ergo admiratio nō est species timoris.

¶ SED IN CONTRARIUM sufficiat authori-
tas Damascē. & Greg. Nyssēni.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * timor
est de futuro malo, quod excedit potestatem timen-
tis, ut. i. ei resisti non possit. Sicut autē bonū hoīs, ita
& malū, potest considerari uel in operatione ipsius, uel
in exterioribus rebus. In operatione autē ipsius hoīs
potest duplex malum timeri. Primò quod labor grauās
naturam, & sic catur segnitias, cum. s. aliquis refugit
operari propter timorē excedentis laboris. Secūdo,

turpitudine laedens opinionem, & sic si turpitudine ti-
meatur in actu committendo, est erubescētia: si autē
sit de turpi iam facto, est uerecundia. Malum autem
quod in exterioribus rebus consistit, tripliciter potest
excedere hominis facultatem ad resistendum, Primò
quidem ratione sua magnitudinis, cum aliquis. s. cō-
siderat aliquod magnum malum, cuius exitum con-
siderare non sufficit. & sic est admiratio. Secūdo,
ratione difficultudinis, quia scilicet aliquod malum
inconsuetum nostrae considerationi offertur, & sic
est magnum nostrae reputatione, & hoc modo est stu-
por, qui cauatur ex insolita imaginatione. Tertio
modo ratione improuisionis, quia scilicet prouide-
ri non potest, sicut futura infortunia timentur, & ta-
lis timor dicitur agonia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illae spēs tristi-
tiae, quae supra posita sunt, non accipiuntur secūdū
diuersitatem obiecti, sed secundum effectus, & s. m.
quasdam spēs rōnes: & ideo non oportet quod illae spēs
tristitiarum correspondent istis speciebus timoris, quae ac-
cipiuntur s. m. diuisionē propria obiecti ipsius timoris.

AD SECVDVM dicendum, quod operatio secun-
dum quod iam fit, subditur potestati operantis: sed
aliquid circa operationem considerari potest facul-
tatem operantis excedens, propter quod aliquis re-
fugit actionem, & secundum hoc segnitias, erubescē-
tia, & uerecundia ponuntur species timoris.

AD TERTIVM dicendum, quod de actu præterito
potest timeri conuictum, uel opprobrium futurū,
& secundum hoc uerecundia est species timoris.

AD QVARTVM dicendum, quod nō qualibet ad-
miratio & stupor sunt species timoris, sed admi-
ratio quae est de magno malo, & stupor qui est de ma-
lo insolito. Vel potest dici, quod sicut segnitias refu-
git laborem exterioris operationis, ita admiratio &
stupor refugit difficultatem considerationis rei
magnae & insolitae, siue sit bona, siue mala, & hoc
modo se habeat admiratio & stupor ad actum intel-
lectus, sicut segnitias ad exteriorem actum.

AD QVINTVM dicendum, quod admirans refugit in
praesenti dare iudicium de eo quod miratur timens
defectum, sed in futuro inquit: stupens autem
timet & in praesenti iudicare, & in futuro inquirere.
unde admiratio est principium philosophandi: sed
stupor est philosophicae considerationis impedi-
mentum.

QVAESTIO XLII.

De obiecto timoris, in sex articulos diuisa.

Super quest. quadragesima secundae articulum primum.

IN primo articulo
questionis 42. dubi-
tationem faciunt il-
le duae uniuersales af-
firmationes in litera po-
sita, scilicet, Om-
nis motus appetiti-
tiae uirtutis impor-
tans prosecutionem,
habet bonum pro
obiecto. & Om-
nis motus appetiti-
tiae uirtutis importans
fugam, habet malum
pro obiecto: habent
enim instantias ma-
nifestas. Primae qui-
dem obstat audacia,
quae importat profes-
sionem, & tamen
obiectum eius est ma-
lum. secundae uerò
obstat desperatio, quae
im-

DEINDE considerandum est de obiecto timoris.

ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

¶ Primò, Utrum bonum sit obiectum timoris, uel malum.

¶ Secundò, Utrum malum natura sit obiectum timoris.

¶ Tertio, Utrum timor sit de malo culpe.

¶ Quarto, Utrum ipse timor timeri possit.

¶ Quintò, Utrum repentina magis timeantur.

¶ Sextò, Utrum ea, contra quae non est remedium, magis timeantur.

3. q. 9. ar. 1.
ad 1. Et 3.
di. 2. q. 1. ar. 1.
secundum & di.
3. q. 1. ar. 1.
q. 2. ad 6.
Veniens ad 6.
ad 7.
ad 8.
ad 9.
ad 10.
ad 11.
ad 12.
ad 13.
ad 14.
ad 15.
ad 16.
ad 17.
ad 18.
ad 19.
ad 20.
ad 21.
ad 22.
ad 23.
ad 24.
ad 25.
ad 26.
ad 27.
ad 28.
ad 29.
ad 30.
ad 31.
ad 32.
ad 33.
ad 34.
ad 35.
ad 36.
ad 37.
ad 38.
ad 39.
ad 40.
ad 41.
ad 42.
ad 43.
ad 44.
ad 45.
ad 46.
ad 47.
ad 48.
ad 49.
ad 50.
ad 51.
ad 52.
ad 53.
ad 54.
ad 55.
ad 56.
ad 57.
ad 58.
ad 59.
ad 60.
ad 61.
ad 62.
ad 63.
ad 64.
ad 65.
ad 66.
ad 67.
ad 68.
ad 69.
ad 70.
ad 71.
ad 72.
ad 73.
ad 74.
ad 75.
ad 76.
ad 77.
ad 78.
ad 79.
ad 80.
ad 81.
ad 82.
ad 83.
ad 84.
ad 85.
ad 86.
ad 87.
ad 88.
ad 89.
ad 90.
ad 91.
ad 92.
ad 93.
ad 94.
ad 95.
ad 96.
ad 97.
ad 98.
ad 99.
ad 100.